



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 103. Prima fortunæ Volsæo Cardinali adversæ initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

„ perinde ac si juris divini auctoritas Sæcul. XVI.  
 „ quadam Bulla inferior esset. Equi- A. C. 1529.  
 „ dem nulli labori parcimus, ut Regem \_\_\_\_\_  
 „ inducamus, quatenus tamdiu præsto-  
 „ lari velit, donec ad præsentes lite-  
 „ ras nostras responsum acceperimus,  
 „ quod & nos ea benignitate dari effli-  
 „ ctim rogamus, ut inde Regis suorum-  
 „ que subditorum animis tranquillitas  
 „ reddatur; secus enim totum Angliæ  
 „ Regnum a Sedis Apostolicæ obedien-  
 „ tia scissum iri haud dubitamus. Igi-  
 „ tur rursus Sanctitatem suam obtesta-  
 „ mur, ut quocunque modo ac quam-  
 „ primum poterit, Regi satisfaciat;  
 „ cetera, eaque plura Sanctitas vestra  
 „ ex præsentis Epistolæ latoribus per-  
 „ cipiet, quæ nos tamen calamo confi-  
 „ dere haud audemus; avide tamen  
 „ responsum præstolamur, quo de Re-  
 „ gis statu certum fieri judicium, suæ-  
 „ que conscientiæ tranquillitas restituï  
 „ valeat. „

### §. CII.

#### Prima fortunæ Volsæo Cardinali ad- versæ initia.

Referunt Scriptorum nonnulli, quod  
 Volsæus Cardinalis propter præfa-  
 tam Epistolam apud Angliæ Regem in  
 offensa esse cæperit; arguebatur enim  
 hic

**Sæcul. XVI.** hic Legatus, quod in hisce literis summo Pontifici sat fundatum suggererit  
**A. C. 1529** obtentum, quo divertii caussam ad Romanæ Curiae tribunal evocare posset, cum tamen id Henricus summopere pertimesceret, ac propterea erga hunc Cardinalem minus propensum exhiberet animum; id ubi Anna Bolena, quæ profumo Imperio Aulam regebat, animadverterat, infestos Volsæi casus ad explendum, quo Cardinalem prosequebatur, odium convertere fatagebat, nullasque eidem molestias inferendi occasiones prætermittebat; hanc ob rem Nobilem Catenium, qui Volsæi opera aula abesse jussus fuerat, revocavit, cunctisque injuriis, quas eidem vindicandi libido dictabat, Cardinalem afficit. Jamjam Volsæus Regiæ indignationis effectus non sine acerbissimo dolore sentiebat, nec tamen amplius malo remedium supererat.

## §. CIV.

*Papæ Legati in Anglia congregati.*

**I**nterea Henricus Rex nullum non movebat lapidem, ut divertii sui causa, quam omnino in Anglia dirimi voluit, coram se ac Campegio strenue urgeretur. Hanc in rem die decima tercia Maji Cancellarius diploma regio si-

gillo